



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XVIII. De Furtis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

quibus ligatur anima, ita ut ab ipso excommunicari possit: idque procedit in foro externo, non autem in foro interno poenitentiae, in quo reus absolvi debet à proprio Parocho, n. 34. Præterea poenitentia non est concedenda ei, qui violenter rapuit, vel deprehenditur manifestè Ecclesiam violasse, nisi prius ablata restituatur, si potest: & si non potest, nisi plenam securitatem emendandi, seu satisfaciendi præstiterit: tunc enim potest admitti ad poenitentiam, & si moriatur, concedi ei sepultura aliàs secus. Quod si Presbyteri, vel Clerici præsumperint prædictis concedere poenitentiam, sive in vita, sive in morte, vel interesse eorum sepultura, vel acceptare eorum elemosynas, vel participare de rapinis eorum, deponendi sunt ab officio, & beneficio, quamvis contritis non sit denegandum Viaticum, c. 2. h. t. n. 35. Declaratur, n. 36. Hoc specialiter statutum est in odium rapinae, ut quamvis eum, qui rapuit, in mortis articulo poeniteat, si tamen non satisfaciatur, etsi non possit, adhuc puniatur, n. 37. Clerici raptores, vel participantes in rapina, vel si contra ipsos prohibita fecerint, deponi debent ab Ordine, & privati etiam beneficio, cit. n. 37. Denique præsumptores rapere, vel spoliare rebus, Christianos navigantes excommunicari debent. Illi etiam, qui naufragos spoliant bonis suis, nisi ablata restituerint, ipso iure, seu facto sunt excommunicati, c. 3. h. t. n. 38. & 39. Ab hac excommunicatione potest Episcopus absolvere, cit. n. 39. Præterea in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur omnes piratæ maritimi, & præcipuè discurrantes per mare Ecclesiæ Romanæ, & eorum fautores, receptatores, & defensores, n. 40. Quinam præterea prædictam excommunicationem incurrant, vel non, cit. n. 40. Alia excommunicatio habetur in eadem Bulla Cœnæ Domini, de qua n. 41. quinam hanc posteriorem excommunicationem non incurrant, n. 42.

§. VII. De potestate, quam habent Prælati Ecclesiastici iudicandi de rapin, & alijs criminibus, eaque puniendi.

Episcopi, aliique Prælati Ecclesiastici possunt ex delegatione Principis, qui Superiorem in temporalibus non habet, de rapu, & alijs criminibus iudicare, eosque punire in pecunia, & etiam flagellis afficere, ita tamè ut in vindictam sanguinis non transeant. Quod si verò crimen tam grave sit, ut mereatur poenam mortis, vel mutilationis, relinqui debet puniendum Regi, aut alij Principi supremo, c. 4. h. t. n. 43. Prælati Ecclesiastici, & alij Clerici possunt in causis laicorum etiam criminalibus, in quibus poena sanguinis non infligitur, esse Iudices delegati, n. 44. Potest Iudex Ecclesiasticus ob delicta infligere poenam etiam corporalem, nempe carceris, flagellorum, verberum, imò & poenam sanguinis, modò non sit crudelis, & gravis, vel ex qua timeatur periculum mortis, vel mutilationis. Potest quoque Iudex etiam delegatus, poenam capitale commutare in poenam pecuniariam, vel aliam temporalem, aut corporalem, n. 45. An Episcopi possint punire laicos in eorum Diocesi existentes propter crimen, etiam iure proprio, & ex vi spiritualis, seu Ecclesiasticae jurisdictionis suæ, & non tantum vi delegatæ à Principe, n. 46. Quando causa delegata, civilis, vel criminalis,

non potest expediri à Iudice delegato, ut continetur ad delegantem, cit. n. 46.

SECTIO II. De Incendiarijs, & Violatorijs Ecclesiarum, quæ est altera pars huius Tituli.

§. I. De Incendiarijs, & Violatorijs.

Quæ. I. Quis sit, & dicatur incendiarius? Resp. Is, qui scienter, & studio, sive dolo domum, vel vicum, sive rusticum, sive urbanum, vel ecclesiam, vel aliam aedificationem, vel ad hoc mandatum, vel consilium dedit, n. 47. Quæ. Quis sit incendiarius? Resp. Incendiarius, secundum l. l. C. de Incendiarijs, n. 48. Et quæ sunt poenae Incendiarij? Resp. omnes Incendiarij, sive laici, sive Clerici, sive Religiosi, sive Sacerdotes, imò & cœmeteriorum, & locorum, quæ compungunt intra 30. passus, sunt ipso iure excommunicati. Incendiarij verò aliorum aedificationum, sive ecclesiarum, & mandantes, auxilium, vel consilium dantes, vel faciendum, n. 49. Clericis Incendiarijs nulla poena est statuta iure Canonico, idcirco auctoritate Iudicis sunt puniendi, n. 50. Alia Canonica poena, temporaria Incendiarijs, nempe privatio Ecclesiasticae dignitatis, nisi Incendiarij in morte poenitent, & solutus obeat, tunc enim in loco sacro sepelitur, & hæredes ejus debent pro dimissa illius poenitentia satisfacere ex bonis relictis, c. 5. h. t. n. 51. Declaratur, n. 52. An, & quæ ratione hæredes debent satisfacere, ut exonerare conscientiam defuncti, & solvere poenitentiam, ut hic liberetur à poenis purgatorijs, n. 53.

§. II. De Violatorijs Ecclesiarum, & vicariorum.

Quinam sint, & dicantur violatores Ecclesiarum, & quæ poenæ sint afflicti? Resp. Violatores proprie dicuntur, qui Ecclesias, vel alias locos sacros, & pia violenter effringunt, & spoliant, in quibus creta est poena excommunicationis, quam ipsi incurrunt. Alij verò sacrilegi violatores Ecclesiarum, citra effractionem, ut si quis foret in ecclesia, sine violenta contractione, non incurrunt ipso facto excommunicationem, sed sunt excommunicandi per sententiam, n. 54. Non tantum violenti raptores rerum, sed etiam Ecclesiarum violatores, si manifestè fuerint deprehensi, poenitentiam, nisi prius damnum sarciant, vel de ijs reparandis caveant, c. 2. h. t. n. 55.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.	
c. 1. n. 33. & seq.	c. 4. n. 43. & seq.
c. 2. n. 35. & duobus seq.	c. 5. n. 51. & seq.
c. 3. n. 38. & seq.	c. 6. n. 6. & 7.
	c. 7. & ult. num. 14.
	c. 17.

TITVLVS XVIII.

DE FURTIS.

§. I. Quid sit furtum, & quæ poenæ.

ASSERTIO I. Furtum est contractio fraudulenta, lucri facienti gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus possessionis. Clarius verò, & brevius definitur: furtum: est occulta acceptio rei alienæ, in viro domo, vel rebus, & quævis declaratur ultraque hæc definitio, n. 1. & quævis

Art. 2. Furtum simplex aliud est manifestum, aliud non manifestum, & quid sit utrumque, exponitur, num. 7.

§. II. *Quibus modis, & a quibus committatur furtum, vel non?*

Generatim loquendo, non solum is, qui rem alienam auferit, sibi acquirendi causâ, sed etiam qui contra voluntatem domini, contrectat, vel eâ utitur, furtum committere censetur, ut si creditor se sibi pignoratâ, vel is, apud quem res deposita est, eâ utatur, modò depositum signatum sit, si sit depositum quantitaris, non certâ speciei, & eo utatur depositarius, invito domino, n. 8. Secundò, si commodatarius re commodatâ ad alium usum, vel modum, quàm commodata fuit, utatur, invito domino, furti tenetur. Tertio, qui rem alienam invenit jacentem in loco privato, vel in via publica, & luci faciendi causâ sustulit, seu animo sibi retinendi, furti tenetur, si se sciverit, cujus sit, si se ignoraverit, cit. n. 8. Quartò, tenetur etiam furti mandans fieri furtum, eo secuto, vel dans consilium ad furtum faciendum, vel alias ministerium ad illud, aut auxilium præstat, modò furtum reipsâ sit secutum, & qui furem, vel res furtivas scienter recipient, easque occultant, n. 9. Quintò, filiusfam. si res paternas surripit, verè etiam furtum committit, & servus auferens res domini, & socius si re communi utatur, invito socio, n. eod. Sextò, aliquando tamen etiam rei, suæ furtum quis committit, n. 10. Septimò, qui beneficium Ecclesiasticum, sine legitima institutione, occupat, vel beneficia, quæ vacant ipso jure per ademptionem aliorum, quali furtum committit, cit. n. 10. Præterea non solum fur, sed etiam furti conscius, qui furem non indicat, reus est furti, si non indicet furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, c. 4. h. t. n. 11. & 12. Denique etiam ille furti reus est, qui ob necessitatem famis, vel paupertatis alienam rem auferit: quod intelligendum est de necessitate modica, si non gravi: nam qui propter necessitatem hujusmodi furatus fuerit cibaria, vestem vel pecus, pœniteat hebdomades tres, & si reddiderit, non cogatur jejuna: quæ tamen pœnitentia ei remittitur, si statim restituat, quod accepit, c. 3. h. t. n. 13. Si quis in extrema necessitate constitutus, ob periculum mortis, vel gravis infirmitatis res alienas sibi necessarias accipiat, maxime cibaria, non peccat, sed excusatur ab omni culpa, & pœna. Idemque dicendum de valde gravi necessitate, etsi extrema non sit, n. 14. An quis in extrema necessitate constitutus abstulit rem alienam, postea locupletior factus teneatur ad ejus restitutionem? Probabilis est, quòd si extremè egenus rem alienam ablatam consumpsit, non teneri postea restituere, etsi posset, num. 15. & 16. Quin imò etiam in valde gravi necessitate constitutus, si auferat res alienas, non tenetur illas restituere, etsi postea ditior factus sit, n. 17.

§. III. *De pœnis furti Jure Civili statutis.*

Quer. 1. Quanam sint pœnæ Civiles furti Jure communi Cæsareo statutz? Resp. Pœna pecuniaria furti manifesti est, ut præter rem furto ablatam, solvatur quadruplum: furti verò non manifesti duplum, n. 18. Cui competat actio pœnalis furti, & quamnam aliæ actiones rei persecutorie dentur contra furem, vel possessorem rei furto ablata? cit. n. 18. Quer. 2.

Tomus V.

Quanam sint pœnæ criminales furti simplicis? Resp. Jure Civili pro furto nec pœna mortis, nec mutilationis imponi potest, sed arbitraria: hodie tamen pœna capitalis ex consuetudine imponitur propter furtum, si sit magnum, vel sæpius iteratum. Ex Constitutione verò Imperatoris Friderici, si quis quinque solidos, aut plus valens fuerit furatus, hoc est, XII. grossos, vel unum aureum, suspendatur laqueo; si minus, scopis, & forcipe excorietur. Denique Carolus V. statuit, ut fures, qui semel deprehensi fuerint in furto, præsertim non manifesto, & quod quinque florenos non excedit, levius; qui bis aut ter, severius, ultimòque supplicio puniantur, & ut plurimum laqueo suspendantur, num. 19. Defenditur justitia Constitutionis Carolinæ, quòd fures in furca suspendere sit licitum, num. 20. An propter unicum etiam furtum, si qualitate, & quantitate magnum sit, possit inferri pœna mortis? n. 21. Ad imponendam pœnam mortis, saltem ex generali consuetudine requiritur, ut tria, vel plura furta commiserit, n. 22. Requiritur autem, ut tria illa furta, non continuato actû, sed diversis vicibus sint commissa, n. 23. Non est sufficiens indicium ad condemnandum aliquem de furto, quòd res furtiva apud ipsum sit reperta: fieri enim potest, ut quis bonâ fide rem furtivam emerit, vel alio titulo acquisiverit, n. 24. Non valet statutum, vel consuetudo, ut res furtivæ fisco adjudicentur, sed dominis, quibus sunt ablatae, restituendæ sunt, cit. n. 24.

§. IV. *Quomodo puniantur furta Jure Canonico?*

Prima pœna Clerici furtum committentis est, ut ab Ordine, & Officio Clericali deponatur, & si contumax sit, & incorrigibilis, excommunicetur, ac tandem seculari Potestati tradatur, n. 25. Altera pœna est, quòd Clericus convictus, & condemnatus de furto infamis efficitur, n. 26. Unde fur manifestus aut convictus in judicio de furto, non potest, sine dispensatione, ad Ordines promoveri. At verò fur occultus, etiam sacrilegus, post restitutionem, & pœnitentiam peractam, ad SS. Ordines promoveri potest, dummodo aliàs sit idoneus, c. ult. h. t. num. 27. Quæ requirantur, ut possit fur promoveri ad Ordines, n. 28. Surripiens rem aliquam ex Ecclesia non est ipso jure, seu facto excommunicatus, cit. n. 28. Quæ pœna imponatur furibus, secundum antiquos Canones pœnitentiales, n. 29. Fures & latrones, si in peccato occidantur, non est pro eis orandum: sed si in morte pœnituerint, non est eis neganda Communicatio, c. 2. h. t. n. 30. Quomodo intelligendum sit, quod dicitur in c. 2. h. t. ut fures confiscantur Presbytero, vel Diacono, cit. n. 30.

§. V. *De aliis diversis furtorum generibus, eorumque pœnis.*

Quer. 1. Quid sit sacrilegium, & quæ pœnæ sint statutz in fures sacrilegos? Resp. 1. Sacrilegium est furtum rei sacræ, idque tripliciter committitur: vel auferendo rem sacrâ de loco sacro, vel sacrâ de non sacro, vel non sacrâ de sacro, n. 31. Resp. 2. Jure Civili pœna furti sacrilegi est extraordinaria, & arbitraria, ita ut juxta furti, rei & personarum qualitatem, etiam ad mortem extendi possit, n. 32. Similiter Jure Canonico diversæ pœnæ sunt impositæ furibus, & prædonibus sacrilegis, quæ enumerantur, cit. n. 32. Item in Extravag. unic. h. t. Inter commun-

Ddd d 2

laribus committitur usura, vel non? nam, etc. Illi
proprie habet tantum locum in mutuo, & non in
ritu mutuum formale, & expresse, sed ali-
etiam virtuale, & impliciter, ex quo habet
sortem proveniunt. 4. Aff. 2. Usura dicitur proprie
in mentalem, & realem. Mentis est, quando
quis mutuat eo animo, ut acquirat lucrum ex quo
tuo, sed nullo interveniente pacto expresse, &
cito de lucro. Usura realis est, quando
trata, cum pacto expresse, vel tacito accepta
tra sortem lucrum ex mutuo. 3. 1. Secundum
viditur in expressam, seu formalem, & tamen,
seu palliatam. Illa est, quando expresse exiguntur
pro mutuo. Virtualis est, cum non expresse
ruius, vel vilius, ob dilatarem, vel anticipatam
nem. Tertiò, usura aliæ sunt compendiosæ, aut
punitoriæ, aliæ lucratoriæ, &c. 1.

Usura lucrativa, & proprie dicta, expressa, sive implicita, sunt prohibita jure positivo Divino, & Ecclesiastico, imò & naturali, cum 6. Idem etiam probatur ratione, n. 1. & 8. Solvuntur objectiones, & rationes, per quas probabatur visas esse licitas, n. 9. & 4. seqq.

Non debet quis crimine usurarum seorsus
redimat vitam captivorum, quia potest in inque
Testamento est prohibita, nec potest in codici
spensatio, & si prohibuit est mentis propter
vita alterius, multo magis usuram accipere, *1. q.
t. num. 14. & 15.* Et si mutuae pecuniam sub
semper sit peccatum, & illicitum, etiam sub
tuni operis, & inducere aliquem ad mutuan
sub usuris, est tamen licitum petere mutuan
accipere sub usuris ab eo, qui sine illis dare no
cit. n. 15. Non potest Imperator, vel alius Prin
supremum permittendo usuras, facere licitas
peccato exigi, vel accipi possint, sed solum peti
re non puniendo. Imò nec S. Pontifex potest
spensando licitas facere usuras, n. 16. Hinc
aliqui peccant Principes Christiani, & Potentes
publicæ, si subditos suos cogant adolverendos
Judeis, quamvis possint permittere, ut usura
centur à Judeis ad cavenda maiora mala, &
dala, n. 17.

Quæ. 1. An usufructus acquiritur dominium, quas sub usufructu accipit? Resp. Similiter solvat usufructus, ita tamen ut nolit earum dominium transferre in usufructum, tunc iste non acquiritur dominium earum, Quod si pecunia, fructusque vinum mutud datum sit usufructui, & usufructus permiscuitur cum suo frumento, vel vino juxta usum sitis, acquiritur dominium eorum, n. 18. Et per duplex sententia. Prima ait, non acquiritur dominium usufructum, siue sint res alienæ vel communes, siue non: & siue sint res mobiles, usufructum acquiritur dominium earum, n. 19. Secundum sententia affirmat, usufructum accipere dominium rerum per usum acquiritur, non revocabile, & inefficax, ita ut obligatus sit restituere.

c. 2. n. 30. IN EXTRAVAGANT.
c. 3. n. 13. & seq. Communibus.
c. 4. n. 11. & seq. Extravag. unic. n. 33.

ventione, seu contractu usurario, vel pro lucro, quod ex contractu usurario acquiritur. Primo modo sumpta, est actus voluntatis interior, vel exterior conventio dandi, vel accipiendi lucrum aliquod temporale ultra sortem, ex vi mutui principaliter. Secundo modo sumpta est lucrum immediatè ex mutuo proveniens tanquam debitum, hoc est, incrementum, quod vi mutui intenditur, & accipitur supra id, quod mutuo datum est, *n. 2.* Usura potest committi, vel per solum actum internum, cum quis mutuo dat Titio centum, cum intentione ac spe recipiendi ab eo quinque ultra sortem, quæ est usura mentalis: vel per actum externum, cum quis mutuat alicui mille, cum expresso pacto reddendi ultra sortem, *vel. 50.* Nominè lucri autem hîc intelligitur pecunia, vel quæcunque alia res temporalis ac pretio æstimabilis, *num. 3.* Unde colligitur, quando in pluribus casibus partien-